



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Aloysius Gonzaga Soc. I. C. 21. lunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

310 VITA SANCTORVM. 21. Junij.

semper in cælum collimans unicum scopum suum
sed Christiano homini, ut non aberret, satis magna-
num. Et talis ille etiam duravit, postquam Colle-
gio Canonorum adscriptus fuit, nisi quod tunc,
ut alii humorum, ille virtutum potius censum
augeret. Dignum ergo tunc, Superi judicarunt,
cui D. Brigitte ortum non sine miraculo nuntia-
rent. Visa enim est precanti HEMMINGO puella è
nube lucida librum apertū orbi porrigere, & vox
ad aures ejusmodi allapsa: *Nata est Birgero filia*
cujus admirabili voce universus mundus personabit
Sed & ipse HEMMINGVS pro concione laxa mol-
lire, & ad DEVM feros animos voce suâ trahere, &
jam Regibus etiam ac Pontificibus reprehensio-
ne aures vellicare; omnes interea orationes inci-
pere à VIRGINIS laudibus, & suis scilicet finit.
Temporis avarus ad verba atiosa mutus adfuit, ad
œpulas vero Tantalus. Pro oculorum portis excu-
babat, ne has ulla femina visa subiret, erantque
eam sanctis vigiliis tessera illa verba è sacris no-
stris: *Averte oculos meos, ne videat vanitatem, Inter*
preces sèpc aliò, moriens denique inter easdem
in cælum est abreptus. Ex Vite Aquil. Vastovij.

*Deus te, qui celestem tibi Patrem vocas, ad ce-
lestem vult tendere naturam, ut generi tanto vita
respondeas; ut terreni mores degenerent, quos cele-
stis donavit & contulit natura. S. Pet. Chrysol.*
serm. 69.

B. ALOYSIUS GONZAGA
Soc. I. C. 21 Junii.

Motiturus Aloysius nascendo erat, si non
patienti matri mater MARIA affuisset. Inter
prima ejus verba IESVS. & MARIA feruntur boni
omnis. Puerulus etiam cum in singulis scalarum
gr.

Iunij. VITA SANCTORVM. 311
gradibus scalam cæli MARIAM salutavit. Hujus
horas quotidie, Sabbatho etiam jejunus dixit. Ad
hujus effigiem, quam Florentia ANNVENTIA
titulo colit, florem virginitatis consecrauit, sem-
per, dum vixit, intactum, quia HORTO CONCLV-
SO commiserat. Interim catenas flagelli, calcaria
cilicij loco, quamvis currenti sponte, corpusculo
admovebat, vixtus vix unicum appendebat, femi-
narum & chorearum hostis, Imperatricem, quam
tres annos quotidie adibat, nunquam aspexit, pre-
cibus tam ubique addictus, ut loqui eum angulis
dicerent, rectius Angelis dicturi. Ajebat frequen-
ter, non videre se, cur non mortales omnes religio-
ni se emanciparent. Et certè Senis cum ad Sodales
Marianos diceret, bene multis id persuasit. Ipse,
cum ASSUMPTÆ VIRGINIS die illa è cælo audisset,
Societatem IESV ingredens, post longas cum patre
pugnas, MARIE IESVM junxit. Hunc quotidie
studererat, in genua pro voluntate vocare; hunc sub pa-
nis velo latitantem ante & post ludum literatum
salutare; sacrificiis quinque sedisque minister assistere,
ad conspectum HOSTIA lacrymis manare; cum
vero coepulo frueretur, inundare etiam. Itaque
nullius noxe gravioris sibi concius Angeli no-
men meruit; ut terra cælum dici posset, si plures
Aloysios haberet. Ex Virg. Cepario.

Persuasum habe, perinde te Angelis duxum se-
qui oportere, atque oacum quempiam, qui viarum
discrimina ignorans, ejus, qui baculo gressum illius
regit, providentia in omnibus confidit. Ex dictis B.
Alcyfii.

SS. ACHATIVS & SOC. MM. 22. Iunij
Quale illud cælo spectaculum fuit, cum dena
hominum millia, pro optimâ causâ & ampli-
ficani,